menſibus 6. Et ceſſavit epātus diebus 5. Hic favore imperatoris multos ex Romanis accipi fecit. Huius tempore in Ravennate[a] ecctia fuit vir honorabilis Radulphus nomine de genealogia Karoli magni, qui iam in regno Francie regnare ceſſaverat propagatus. Quem Hugo tunc rex Francie de alia proſapia genitus in corde odio habens, convocatis epīs alleg. me ipſum illegittimum deponi procuravit, Gilbertum monachum philoſophum ymo potius nigromanticum pro ipſo ſubſtituendo. Quod ſummus pontifex intelligens legatum miſit, et in Remis concilium convocavit, et Gilbertus depoſitur, et Radulphus reſtituitur. Gilbertus vero depoſitus ad Ottonem imperatorem ſe contulit, quem et ipſe ſcientia erudierat. Qui captata oportunitate poſt Ravennatem archiepm, poſt Romanum pontificem dyabolo inſtigante fieri procuravit. Qui inſradictus eſt Silveſter y. Unde verſus. Scandit in R. Gilbertus ab R. poſt papa vigens R.

141. Iohannes natione Papienſis ſedit menſes 8.

a) ravenna corr. m. poſt.